

INTROIT Psalm 24: 6, 3, 22

Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sæculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israëil, ex ómnibus angústis nostris. (Ps 24:1-2) Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam.. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sæculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israëil, ex ómnibus angústis nostris.

COLLECT

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui: intérius exteriúsque custódi; ut ab ómnibus adversitatibus muniámur in corpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Thessalonians 4. 1-7

Fratres: Rogámus vos et obsecrámus in Dómino Jesu: ut, quemámodum accepístis a nobis, quómodo opórteat vos ambuláre et placére Deo, sic et ambulátes, ut abundétiis magis. Scitis enim quæ præcépta déderim vobis per Dominum Jesum. Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ut abstinéatis vos a fornicatióne, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne et honóre; non in passióne desidérii, sicut et Gentes, quæ ignoránt Deum: et ne quis supergrediátur neque circumvéniat in negótio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædíximus vobis, et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatióne: in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Psalm 24: 17, 18

Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis éripe me, Dómine, V. Vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

TRACT Psalm 105: 1-4

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saeculum misericórdia ejus. V. Quis loquétur poténtias Dómini: audítes fáciat omnes laudes ejus? V. Beáti qui custódiunt iudícium et fáciunt justítiam in omni témpore.

V. Meménto nostri, Dómine, in benedíctioe pópuli tui: vísitá nos in salutári tuo.

GOSPEL Matthew 17: 1-9

In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsum seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Móyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum, et Elíæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácuti: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis: Súrgite, et nolíte timére. Levántes autem oculos suos, néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat.

OFFERTORY Psalm 118: 47, 48

Meditábor in mandátis tuis, quæ diléxi valde: et levábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi.

SECRET

Sacrificiis præsentibus, Dómine, quaesumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant, et salutí. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Doinatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalm 5: 2-4

Intéllige clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus, et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

POSTCOMMUNION

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi etiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Remember, O Lord, Thy bowels of compassion, and Thy mercies that are from the beginning of the world, lest at any time our enemies rule over us: deliver us, O God of Israel, from all our tribulations. (Psalm 24: 1, 2) To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust: let me not be ashamed. v. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Remember, O Lord, Thy bowels of compassion, and Thy mercies that are from the beginning of the world, lest at any time our enemies rule over us: deliver us, O God of Israel, from all our tribulations.

O God, Who seest that we have no power whatever from ourselves, keep us both outwardly in our bodies and inwardly in our souls; that we may be defended from all adversities which may happen to the body and from all evil thoughts which may hurt the soul. Through our Lord, Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: We pray and beseech you in the Lord Jesus that, as you have received from us, how you ought to walk and to please God, so also you would walk, that you may abound the more. For you what precepts I have given to you by the Lord Jesus. For this is the will of God, your sanctification: that you should abstain from fornication, that every one of you should know how to possess his vessel in sanctification and honor; not in the passion of lust, like the Gentiles that know not God: and that no man overreach nor circumvent his brother in business: because the Lord is the avenger of all these things, as we have told you before and have testified. For God hath not called us unto uncleanness, but unto sanctification: in Christ Jesus our Lord.

The troubles of my heart are multiplied: deliver me from my necessities, O Lord. V. See my abjection and my labor, and forgive me all my sins.

Give glory to the Lord, for He is good: for His mercy endureth for ever. V. Who shall declare the powers of the Lord: who shall set forth all His praises? V. Blessed are they that keep judgment and do justice at all times. V. Remember us, O Lord, in the favor of Thy people; visit us with Thy salvation.

At that time Jesus took Peter and James, and John his brother, and bringeth them up into a high mountain apart: and He was transfigured before them. And his face did shine as the sun: and His garments became white as snow. And behold there appeared to them Moses and Elias talking with Him. And Peter answering, said to Jesus: "Lord, it is good for us to be here: if Thou wilt, let us make here three tabernacles, one for Thee, and one for Moses, and one for Elias." And as he was yet speaking, behold a bright cloud overshadowed them. And lo, a voice out of the cloud, saying: "This is my beloved Son, in Whom I am well pleased: hear ye Him." And the disciples hearing, fell upon their face and were very much afraid. And Jesus came and touched them, and said to them: "Arise, and fear not." And they lifting up their eyes saw no one, but only Jesus. And as they came down from the mountain, Jesus charged them, saying: "Tell the vision to no man till the Son of Man be risen from the dead."

I will meditate on Thy commandments, which I have loved exceedingly: and I will lift up my hands to Thy commandments, which I have loved.

Peacefully look down, we beseech Thee, O Lord, upon these sacrifices, that they may both increase our devotion and contribute to our salvation. Through our Lord Jesus Christ Thy Son. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Understand my cry: hearken to the voice of my prayer, O my King and my God: for to Thee will I pray, O Lord.

We humbly beseech Thee, O almighty God, that we whom Thou hast strengthened with Thy sacraments, may henceforth serve Thee in worthiness of life. Through our Lord, Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.